to. Nonnulli asserunt quod linus et clerus
non fuerunt summi pontifices. Sed ta-
tum petri apostoli coadiutores propter
quod in catalogo pontificum meruerunt
annumerari. Post hos autem clemens
eligitur et presidere compellitur. Qui ita
morum ornamento pollebat. ut iudeis
et gentilibus et omnibus christians pop-
ulis complaceret. Singularum inopis
regionum nominatim scriptos habebat.
Et quos baptismi sanctificatione mun-
dauerat non sinebat publice fieri medi-
citati subiectos. Cum itaque domicellam
virginem neptem domiciam imperatoris
sacro vlamine consecrasset et uxorem
sisinij amica imperatoris ad fidem con-
uertisset et in castitatis proposito manere
permitteret. Sisinijs zelo ductus eccle-
siam post uxorem suam occulte intravit
scire volens propter quod illa sic ecclesiam
frequentaret. At vero a sancto clemen-
te oratio fusa est et a populo responsum est
amen sisinius cecus et surdus pmutus ef-
fectus est qui statim pueris suis dixit.
Cito me tollite et foras eicite. Pueri autem
per totam ecclesiam eum girabant sed et
ad ianuas pervenire non poterant. Quos-
cum vidisset theodora sic errantes. primo
quidem ab eis declinavit putans quod vir
suus eam cognoscere posset. Postmodum
quidnam hoc esset eos interrogavit. Qui
dixerunt Dominus noster vult videre
et audire que non licet et cecus et surdus
factus est. Tunc illa in oratione se des-
dit deprecans ut vir suus inde exire possit.
Et post orationem dixit. Ite modo et per-
ducite dominum vestrum ad domum. Cum
quod abissent sancto clementi theodora quod
acciderit indicavit. Tunc sanctus roga-

tu theodoro ad eum venit et ipsum mucit
apertis oculis nihil videntem et nichil peni-
tus audientem. Cumque clemens pro eo
orasset et ille auditum et lumen recepisset
videns clementem iuxta uxorem suam
stantem amens efficitur et se illusum ma-
gias artibus suspicatur. precepitque ser-
uis suis ut tenerent clementem. dicens
Ut ingrederetur ad uxorem magias ar-
tibus me excecavit. Precepitque ministris
ut clementem ligarent et ligatum trabe-
rent. At illi ligantes columnas iacentes
et saxa putabant. sicut etiam sisinio
videbatur quod sanctum clementem cum su-
is clericis traheret et ligarent. Tunc cle-
mens sisinio ait. Quia saxa deos diis
saxa trahere meruisti. Ille autem vere eum
ligatum existimans ait. Ego te interfici-
faciam. Clemens autem inde abcedens the-
odoro rogavit ne ab oratione cessaret
donec virum suum dominus visitaret.
Oranti igitur theodoro petrus apostolus
apparuit dicens Per te vir tuus saluabi-
tur ut impleatur quod dixit frater meus
paulus. saluabitur vir infidelis per mu-
lierem fidem. Et hoc dicens Abcessit.
Statimque sisinij uxorem suam ad se
vocavit obsecrans ut pro se oraret. Et
sanctum clementem ad se vocaret. Qui
cum venisset ipsum in fide instruxit. Et
eum cum .ccc. xij de domo sua baptiza-
vit. Per hunc autem sisinum multi no-
biles et amici imperatoris domino
crediderunt. Tunc comes sacrorum pec-
cuniam multis dedit. et contra sanctum
clementem. seditionem maximam excitavit.
Tunc mamertinus vrbis prefectus propter
seditionem maximam non ferens ad se clementem
adducere fecit. Quem cum redargueret et ad
se inclinare temptaret ille ait. Optarem te
ad rancos accedere. Nam si canes nostri contra
nos latraverint et morsibus affectauerint

Quia hoc nobis auferre possunt. quod nos sumus rationabiles homines et ipsi sunt irrationabiles canes. **S**editio autem ab imperitis exorta ostendit se nichil habere certum vel verum. **T**unc mamertinus de eo traiano imperatori scribens. Rursus accepit quod aut sacrificaret aut transponitum mare in heremo quod adiacet civitati crisone ipsum in exilium mitteret. **T**unc prefectus clementi cum lacrimis ait. deus tuus quem pure colis ipse te adiuuat. **P**refectus autem ei nauem tribuit et omnia necessaria ministravit. **M**ulti autem clerici et laici ipsum in exilium sunt secuti. **P**refectus autem in insulam inuenit ibi plus quam duo milia christianorum ibidem iam dudum ad secunda marmora damnatorum. **Q**ui sanctum clementem videntes statim infletum et lacrimas praeperunt. **Q**uos ille consolans ait non meis meritis ad vos me misit dominus vestre corone partem me fieri. **E**t cum ab eis didicisset quod a sexto miliario aquam suis humeris deportarent dixit eis oremus omnes dominum ihesum christum ut confessoribus suis fontem in isto loco ac vnas aperiat et qui percussit petram in deserto syna et fluxerunt aquae in abundantia. ipse nobis lactem affluentem impletur ut de eius beneficiis gratulemur. **C**umque oratione facta hinc inde circumspiceret. vidit agnum stantem qui pede erecto dextro quasi locum episcopo ostendebat. **E**t intelligens dominum ihesum christum esse quem solus ipse videbat praepit ad locum et dixit **I**n nomine patris et filii et spiritus sancti in isto loco percute. **S**ed cum nullus in isto loco in quo agnus steterat contingeret. ipse accepto breui saculo. leui ictu locum sub pede agni percussit. et statim maximus fons erupit et in fluvium creuit. **T**unc vniuersis gaudentibus sanctus clemens ait

Fluminis impetus iustificat civitatem dei. **A**d hanc famam multi confluxerunt. et una die quingenti et amplius ab eo baptisma susceperunt et ydolorum templa destruentes per totam provinciam intra annum unum. **LXXV.** ecclesias edificauerunt. **P**ost tres annos traianus imperator. qui cepit anno domini. c. vi. hoc audiens quaedam ducem huc misit. **Q**ui cum omnes libenter mori conspiceret multitudinem cessit. et solum clementem ligata ad collum eius anchora in mare praecipitavit dicens. **N**am non poterunt ipsum pro deo colere. **S**tante autem omni multitudine ad litus maris cornelius et phobus discipuli eius omnes orare preceperunt ut dominus corpus sui martiris eis monstraret. **S**tantemque mari per tria miliaria recedente omnes per siccum ingressi inuenerunt in modum templi marmorei habitaculum adeo paratum et ibi in archa corpus sancti clementis et anchoram iuxta eum. **R**evelatum est autem discipulis eius ne intolleret corpus eius. **O**mnium autem anno tempore passionis eius per septem dies ad tria miliaria mare recedit et siccum iter aduenientibus tribuit. **I**n una solemnitate mulier cum filio suo puulo ad locum accessit. **C**ompletis autem festiuitatis solemnibus cum puer obdormiret sonus mundatum aquarum subito factus est. **M**ulier autem terrata et filii sui oblita cum reliqua multitudine ad ripam aufugit. **Q**ue postmodum filii memorum cum euulatu maximo flebat et usque ad celum lamentabiles voces dabat ac per littora clamans. et euulans discurrebat si forte filii corpus a littoribus electum videret. **S**ed cum in ea spes omnino deficeret ad domum rediit et totum illum annum in fletu et merore duxit. **P**ost annum igitur aperto mari omnes anticipans ad locum conata venit

si de filio forte aliqd vestigium inuenire
posset Cum ergo ante tumultum sancti
clementis se in oratione dedisset surgens
vidit infantem in loco vbi eum relique
rat dormientem. Estimans autē eum esse
defunctum. Accessit pprius quasi corp⁹
collectura exanime. Sed cum eum dor
mientem cognouisset excitatum velociter
spectantib⁹ populis in colūmē in vltimis
leuauit ⁊ vbi nā p illum annum fuerit
requisiuit. Ille autē se nescire Respōdit.
si annus integer preterierat. sed tantum
vnius noctis spacio se suauiter dormis
se putabat ambro. in prefacōne sic ait
Cum iniquissimus persecutor beatum cle
mentem penis afficere a dyabolo cogere
tur non ei tormentum intulit sed trium
phum Jactatur ergo martyr in flucti
bus vt mergeretur Et ex hoc puenit ad
premiū Dñ petrus magister eius pue
nit ad celum. Ambro. ergo in fluctib⁹
crist⁹ apphans mentes clementē ad pal
mam victorie de pundo reuocat petrū
ad celestia regna in eodem elemento ne
mergeretur eleuat. Refert leo hostiensis
episcopus qd tempore quo michael im
perator nomine rome regebat imperiū.
Sacerdos quidam nomine philosoph⁹
qui ob summum ingenium a puericia
fuerat sic vocatus. cum tersoniam puenis
set et de hijs que narzantur in hystoria
clementis habitatores interrogasset. qz
aduene potius q̄ indigene erant. se ne
scire professi sunt. Siquidem miraculū
marini recessus obculpam inhabitanc
um iam diu cessauerat. Et ob incursum
barbarorum tempore marini recessus
venientium templum destructum fuerat
et archa cum corpore in armis fluctibus
obzuta erat exigentibus culpis inhabi
tancum. Super quo miratus philoso
phus ⁊ accedens ad ciuitaculam noie

georgiam cum episcopo ⁊ clero et popu
lo accessit. ad querendum sacras reliqua
as. ad insulam i qua estimabāt esse cor
pus martiris vbi cum ymnis ⁊ oracio
nibus fodientes diuina reuelacione inue
nerunt corp⁹ ⁊ anchoram cum qua fue
rat in mare proiectū et deportauerunt.
tersonem Deinde predict⁹ philosoph⁹
cū corpore scī clementis romā venit et multis
ostēsis miraculis i ecclia q̄ nūc dicit scī cle
mentis honorifice corpus colligatū fuit
In cronica autē legit qd mari ab illo lo
co extrahato a beato cirillo moranoꝝ epo
romā translātū est. *De sancto crisogono*

Crisogonus iussu dyocletiani i
carcere recluditur vbi sancte
anastasia alimonij⁹ fouebat
Cum ergo anastasia vir eius in artifi
simam custodiam posuisset. crisogono
qui eam erudierat talia scripta direxit
sancto confessori cristi crisogono Ana
stasia sacilegi iugum mariti suscepi
tus deo miserante thorum mentis infir
mitate declinās die noctuqz dominum no
stri ihesu cristi amplector vestigia. Cū
iste patrimoniū meum ex quo illustra
tur cum i dignacōe ac turpibus ydola
tris exhauriat me quoqz velut magam
atqz sacilegam custodie. tam grauis
me mancipauit vt me vitam tempore
lem amittere suspicer. Nichil enī super
ē nisi vt amisso spiritu morti succumbā.
In qua morte licet gloriez. Tamē mea
mens valde conteritur. qz opes mee q̄s
deo deuouerā a turpib⁹ cōsumunt. Vale
uir dei memtoqz mei Cui criso rñdit Vi
de qd nō turbabis in hoc qd tibi pie viuē
ti i ferat aduersa Rō enī decipit s̄ pba
ris. Cito ad te placatū tps ouertet ⁊ q̄i
p⁹ noctis tenebras floridū dei lumē aspi
des at p⁹ glaciei frīg⁹ aurea tibi tpa et
serena succedet vale i dño ⁊ oza p me

Demiq; cum beata anastasia sic in custodia artaretur. ut vix ei panis quaz drens daretur. extimans se morituram sancto crisogono epistolam in hec verba scripsit. confessori cristi crisogono anastasia finis venit corporis mei ut egredientem animam ipse suscipiat p cuius amore ista sustineo que ex ore huius vitule recognoueris Cui ille rescripsit Semp est vt lumen tenebre antecedant. Hic etiam post infirmitatem salus reuertitur. et vita post mortem pmittitur. Vno fine concluduntur et aduersa huius mundi et prospera Re vel tristibus desperatio vel letis elaco dnef. vnu mare e i q nauiculae corporis nostri velificant. et sub vno corporis gubernatore anime nostre nauitico funguntur officio Quozdam igitur naues fortissimis cathenarum nexibus solidate crebris equozis concitatos fluctibus illese pretereunt Quozdam vero fragilibus iuctura lignoz. etiam in tranquillo viciniam morti conficiunt cursum. Tu autem o cristi famula crucis tropheum tota mente constringe et te ipsam prepara ad opus dei. Igitur dyocletianus a quilegie portibus positus ceteros cristianos occidens sanctum crisogonum sibi presentari iussit Cui cum diceret. Accipe potestatem prefecture tue. et consularium generis tui et sacrificia dijs Rndit crisogonus. vnum deum in celis adoro et dignitates tuas quasi lutum contemno. Dara igitur super eum serenata ad quendam locum duatur et ibidem ptnus decollatur circa annos dni millesimo. c. lxxxvij. Cuius corpus cum capite sanctus zelus presbiter sepeliuit.

De sancta Katherina

Katherina dicitur a catha quod est vniuersum et ruina quasi vniuersalis ruina Omne enim edificium dyaboli in ea vniuersaliter corruit

nam in ea ruit edificium superbie per humilitatem quam habuit Carnalis concupiscentie per virginitatem quam seruauit. Cupiditatis mundane quod omnia mundana desperit Vt katherina quasi cathenula Ipsa enim sibi per bona opera quaedam cathenam fecit per quam usque ad celum ascendit. que quidem cathena sine scala quatuor gradus habet qui sunt in occidua operis. mundicia cordis. despectio vanitatis. locutio veritatis. Quos propheta per ordinem ponit dicens Quis ascendet in mentem domini etc. Et respondet. Inno. ma. et. mun. cor. qui n. ac. in va. a. s. neque uir. in dolo primo suo qualiter autem isti quatuor gradus in beata katherina fuerunt. patet ex legenda sua.

Katherina costi regis filia omnibus liberalium artium studiis erudita fuit. cum maxena impator omnes tam diuites quam paupes ad alleradriam conuocaret ut ydolis immolarent et cristianos imolare nolentes puniret katherina cum esset annorum decem et octo in palatio ditucij et pueris pleno sola remansisset Audiens animalium diuersorum mugitus et cantantium plausus misso illuc nuntio inquiri iussit celeriter quod hoc esset Quod cum didicisset assumptis aliquibus de palatio signocruas se munies illuc accessit. Ibi quod multos cristianos metu mortis ad sacrificia ducta conspexit Que vehementi dolore cordis sauciata ad imperatorem audacter ingressa et sic ait Salutationem tibi proferre et ordinis dignitas rationis via mouebat si creatorum celorum agnosceres et a dijs amicum reuocares. Stansque ante ianuam templi per varias conclusiones silogismorum allegorice et methanoice diserte et mistice multa cum cesare disputatauit

Deinde rediens ad commune colloquium dixit. H tibi tanquam sapienti proferre curavi. **N**unc autem quare incassum congregasti hanc multitudinem ad colendam stultitiam ydolorum. **M**iraris hoc templum manu artificum operatum miraris ornamenta preciosa que velut puluis ante faciem venti erunt. **M**irare potius celum et terram mare et omnia que in eis sunt. **M**irare ornamenta celorum solem videlicet et lunam et stellas. **M**irare famularum eorum qualiter a mundi initio usque ad finem nocte et die currunt ad occidentem et redeunt ad orientem nec fatigantur. **E**t cum hec animaduertis. interrogas et discas quis sit eorum potentior. **C**um autem ipsum ipso donante intellexeris. nec similem illi inuenire valueris. ipsum adora ipsum glorifica. **I**pse enim est deus deorum et dominus dominantium. **C**um de filii icarnatione sapienter plurima disputasset stupefactus cesar non valuit ad hoc respondere. **T**andem ad se reuersus dixit ad eam. **S**ine o mulier si ne nos fuisse sacrificium. et post hoc tibi responsa reddemus. **P**recepit igitur eam ad palatium duci et cum diligentia custodiri admirans nimium eius prudentiam et corporis pulchritudinem. **E**rat enim speciosa valde et incredibili pulchritudine omnium oculis admirabilis videbatur. **V**eniens igitur cesar ad palatium dixit katherine. **A**udiuimus tuam eloquentiam et mirati sumus tuam prudentiam. **S**ed in deorum sacrificiis occupati omnia plene intelligere nequimus. **N**unc autem ab initio propter te tuam requirimus. et sancta ad hoc scriptum est. **R**ecte collaudas. nec te culpaueris ipse hoc faciunt stulti quos gloria verat inanis. **C**onfiteor tamen meam progeniem non timore iactantie sed humilitatis amore. **E**go enim sum katherine na casti regis unica filia. **Q**ue quam

uis in purpura nata et liberalibus disciplinis non mediocriter instructa hec tamen omnia contempsit et ad dominum ihesum christum confugi. **D**ij autem quos colis nec te nec alios tuare possunt. **O** igitur infelices talium ydolorum cultores quibus aduocata in necessitate non assunt in tribulatione non succurrunt. **I**n periculis non defendunt. **C**ui rex. **S**i ita est ut dicas totus mundus erit et tu sola verum dicas. **C**um tamen omne verbum in ore duorum vel trium testium confirmetur si angelus esses. si cetera virtus adhuc tibi credere nemo deberet. **Q**uanto minus cum femina fragilis esse poteris. **C**ui illa. **N**e obsecro cesar a furore tuo te vna permittas. **V**t in sapientis ammonitione steteris. **D**ira. **H**ic namque poeta ait tu si animo referis rex eris si corpore seruus. **E**t rex video pestifera caliditate nos illaqueare disponis. dum per exempla philosophorum protrahere miteris. **V**idens autem cesar quod eius sapientie obuiare non posset. mandauit occulte per literas ut omnes grammatici et rethorice ad pretorium alexandrie festinarent ut immensa munera recepturi si conuenticem virginem suis assercionibus superarent. **A**ducti sunt igitur de diuersis prouincijs. **L**ozatores. **Q**ui omnes mortales in omni mundana sapientia excelebant. **Q**uibus interrogantibus cur de tam remotis partibus euocati fuissent cesar respondit. **E**st apud nos quedam puella sensu et prudentia incomparabilis que omnes sapientes confutat. et deos omnes demones esse affirmat. **Q**ua si superauerit cum honore magno ad propria redibitis. **A**d hoc vnus indignatus stomachati voce rudit. **O** magni imperatoris consilium quod ob vni puelle consilium sapientis mundi de remotis partibus aduocauit

cum vñus ex nostris clientulis eā po-
 terat leuissime confutare. Et rex poterat
 quidē hanc ad sacrificandum impellere
 sed melius iudicauit vt nostris argumē-
 tis penitus confuteretur. Cui illi dixerunt
Adducatur coram nob̄ puella. vt sua
 temeritate conuicta nunq̄ se sapientes
 vidisse cognoscat. Sed cum virgo cer-
 tamen qd̄ sibi iminebat didicisset totam
 se domino cōmendaui. Et ecce angelus
 domini astitit et vt cōstanter staret ad-
 monuit asserens q̄ non solum ab hīs
 vinci nō poterit sed insup̄ illa ipsos con-
 uersos ad palmā martirij destinabit. cū
 ergo coram oratoribus adducta fuisset
 dixit imperatori. Quali iudicō circa vnā
 puellam quinquaginta oratores oppo-
 nis. quos et p̄ victoria remunerandos
 p̄mittere et me sine spe mercedis pugna-
 re opell. Erit tñ merces michi dñs ihs
 crist⁹ qui est spes et corona p̄ se certātū.
 Verum cū oratores deū fieri hōiem
 aut pati impossibile dicerent. Virgo eti-
 am hec a gentilibus predictū esse osten-
 dit. Nam plato astruit dñm circūrotun-
 dum et decurtatum. Sibilla q̄ sic ait
Felix ille deus ligno qui pendet ab al-
 to. Cum igitur virgo cum oratoribus sa-
 pientissime disputaret et eos apertis ra-
 tionibus cōfuteret obstupescēti illi. et
 quid dicerent non inuidentes multi pe-
 nitus sunt effecti. Tunc imperator cōtra
 eos nimio furore repletus. increpare
 eos cepit cur ab vna puella tam turpi-
 ter se vinci pmitterent. Tunc vnus ma-
 gister aliorum sic ait. Roueris impera-
 tor q̄ nullus vnq̄ ante nos stare potu-
 it quin continuo vinceretur. hec autem
 puella in qua spiritus dei loquitur. sic
 nos in admiracōnem cōuertit. vt contra
 cristum aliquid dicere aut omnino nes-
 sciamus. aut penitus formidemus. **Dñ**

imperator. Constantez fatemur q̄ nisi
 pbabiliorē sententiā de dijs quos vsq̄
 mō colimus ptuleris. Ecce omnes ad
 cristum cōuertimur. Audiens hec tirān⁹
 nimio furore succensus omnes ī medi-
 o ciuitatis concremari iussit. At virgo
 ipsos confortans ad martirium cons-
 tantes effect et de fide diligenter instru-
 it. Et cum dolerent q̄ sine baptismo de-
 cederent. Virgo respondit. Ne timeatis
 qz effusio vestri sanguinis vob̄ bap-
 tismus reputabitur et corona. Cum ergo
 signo crucis muniti fuissent flāmis iniecti
 ita animas domino reddiderunt. vt nec
 capilli nec vestimenta eorum ab igne in
 aliquo lederentur. Cum autem a cristis
 anis fuissent sepulti tirān⁹ virgini loq̄s
 dicens. O virgo generosa iuuentuti tue
 cōsule et post reginam in palatio meo
 ha vocaberis et ymagine tua in medio ci-
 uitatis fabricata velut dea adoraberis.
 Cui virgo. Desine talia dicere que sce-
 lus sūt etiā cogitare. Ego me cristo spō-
 sam tradidi. Ille gl̄a mea. Ille amator
 meus. Ille dulcedo et dilectio mea ab
 eius amore. nec blandimenta. nec tor-
 menta poterunt reuocare. Tunc ille fu-
 rore repletus iussit eam spoliatam sco-
 piombus cedi et cesam in obscurum car-
 cerem tradi ibiq̄ diebus duodecim fame
 cruciari. Rege aut̄ p̄ quibusdam causis
 instantibus extra regionis ofina p̄cedē-
 te regina eius nimio amore succensa.
 cū principe militum nomine phozphirio
 mediā nocte ad carcerem virginis
 p̄perauit. Quo cum regina introisset vi-
 dit carcerem inestimabili claritate ful-
 gentem et angelos plagas virginis p̄-
 ungentes. Inapientiq̄ virgo eterna ei
 gaudia predicauit et ad fidem conuertēs
 martirij coronam eisdem predixit. Sic
 qz vsq̄ ad mediā noctem sermonem

ptaxerunt **Q**ue cum omnia phozphiri
us audisset ad pedes virginis pedit . et
cum ducentis militibus fidem recepit . qz
vxo p duodecim dies . sine cibo tyrann⁹
esse eam iusserat cristus per hos dies mis
sa de celo candida columba celesti eam
cibo refouebat . **D**em de domin⁹ cum mul
titudine angelorum ⁊ virginum eidem
apparuit dicens . **A**gnosce filia creator⁹
tuum pro cui⁹ nomine laboriosum sibi
isti conflictu . constans esto quia tecu
sum . **R**ediens igitur imperator eam sibi
pzeientari iussit et videns ea splendor⁹
re qua tanto ieiunio estimabat afflictam
putavit qd eam aliquis in carcere suste
tasset et furore repletus custodes torque
ri precepit . **I**lla vxo ait . **E**go ab uo ab
homine non accepi . **S**ed cristus me per
angelum enutrit . **C**ui imperator . **R**ec⁹
de oro qd moneo in corde tuo ⁊ noli du
buis respondere sermombus . **N**on te qsi
famulam possidere cepimus . **S**ed regis
na potens electa decore in regno meo tri
umphabis . **C**ui virgo . **A**tende et tu ob
secro ⁊ iudicij examen iuridica sanctioe
decerne quem magis eligere deo . **A**ut
potentem eternum gloriosum ⁊ decorum
v⁹ infirmum mortalem ignobilem ⁊ de
formem . **T**uc imperator indignatus ait
E duobus vnum tibi elige . **A**ut sacrifi
ca vt viuas . aut exquisita tormenta sibi
vt pereas . **E**t illa . **Q**uecumqz tormenta
potes cogitare ne differas quia carnem
et sanguinem meum cristo offerre deside
dero sicut ipse pro me seipsum obtulit .
Ipsa enim deus meus . amator meus pas
stor ⁊ sponsus vnicus meus . **T**unc qui
dam prefectus furenti regi suavit vt in
fra triduum quatuor rotas ferris ferreis
et clavis acutissimis circumseptas prepa
ret ut ea ta horribile tormentu dissecaret
et centros cristianos ta dire mortis ex⁹

plum terzeret . **O**rdinatumqz est vt due
vno ordine voluerentur . **D**ue autem
contrario impetu agerentur . **V**t ille deoz
su lacerando contraherent . **I**lle repug
nantes sursum deuorando impingerent .
Tunc virgo beata dominum exorauit .
Vt ad laudem sui nominis . et conuersio
nem populi circumstantis ipsam mar
chinam dissiparet . **E**t ecce angelus dor
mini molam illam cum tanto impetu
diuellendo concussit qd quatuor milia
gentium interemit . **R**egina autem que
desuper hoc aspicebat . **E**t vsque tunc
se celauerat . **S**tatim descendens impera
tozem de tanta seuita durius increpas
uit . **R**ex autem furore repletus cum
regina sacrificare contemneret . **I**ussit
eam extractis prius mamillis decollas
ti . **Q**ue cum ad martirium duceretur
Katherinam rogauit vt pro se domi
num precaretur . **Q**ue respondit . **N**e ti
meas a deo dilecta regina quia tibi ho
die pro transitorio regno commutabi
tur eternum . et pro mortali sponso tibi
immortalem acquies . **T**unc illa con
stans effecta tortores hortabat ne qd
uisi fuerant facere morarentur . **A**mi
stri igitur extra ciuitatem eam ducentes
ferreis hastilibus mamillas eius euels
lunt et post caput pcedunt . **C**uius
corpus phozphirus rapiens sepeliuit .
Sequente die cum de corpore regine
questio fieret et multos ex hoc ad supli
cum tyrannus protrahi iuberet . **P**hor
phirus prorumpens in medium excla
mauit . **E**go sum qui cristi famulam sepe
liui et cristi fidem recepi . **T**uc maxencus
amens effect⁹ rugitu terribile emittens
exclamauit . **O** miseru et miseradum . ecce
porhpi . qd erat vnic⁹ aie mee custos et
tot⁹ laboris solacu decept⁹ e . qd cu suis
militibz referret illi ptinus respoderunt .

Et nos celsitanti sumus . et mori parati sumus Tunc cesar furore repletus precepit omnes cum porphirio decollari et corpora eorum cambus dimitti Deinde catharinam aduocans ait **Q**uamuis arte magica reginam mori feceris Si tamen resipueris prius in palatio meo eris hodie igitur aut diis sacrificia offers aut caput amittes Cui illa **F**ac quecumque animo concepisti paratam es mihi me videbis ad omnia sustinenda Data igitur super eam sententia decollari iubetur . Que cum ad locum deducta fuisset erectis in celum oculis orauit dicens **O** spes et salus credentium . **O** decus et gloria virginum ihesu rex bone obsecro te ut quicumque passionis mee memoriam egerit seu in exitu anime vel in quacumque necessitate me inuocauerit . tue propitiacionis consequatur effectum **F**acta quoque est vox ad eam dicens **V**eni dilecta mea speciosa mea . ecce tibi celi ianua est aperta **N**am et hiis qui passionem tuam celebrauerint optata presidia promitto de celis Deinde cum decollata fuisset de eius corpore per sanguinem lac emanauit . Angeli autem corpus accipientes ab illo loco ad montem synai itinere plus quam diebus viginti deduxerunt . et ibidem honorifice sepelierunt **E**x cuius ossibus indefinenter oleum emanat . quod cunctorum debilitum membra sanat Passa est autem sub maxencio siue maximo tyranno qui cepit circa annos domini . ccc . x . **Q**ualiter autem maxencius per hoc scelere et alijs que commisit punitus fuerit in historia de inuentione crucis habetur **D**icitur quoque quidam monachus rothomagensis ad montem synai perrexit ibique per septem annos in seruitio beate catharine deuotus permansit **Q**ua cum misticius exoraret ut aliquid de corpore suo habere meref subito irrupit de manu illius unum digitorum

Qui donum dei letus recepit . fertur quod dum quidam beate catharine deuotus existeret et eam crebro in sui adiutorium inuocaret per processum temporis mentis incuria resolutus et deuotionem mentis perdidit et ab ipsius inuocatione cessauit **Q**ui in oratione positus vidit multitudinem virginum ante se transeuntium **I**nter quas una erat que ceteris splendidiore videbatur **Q**ue cum sibi appropinquasset faciem suam operuit . et sic ante ipsius faciem velata transiit . Cuius splendorem cum ille nimium miraretur et que esset interrogauit una ex eis ei respondit **H**ec est catharina quam olim cognoscere solitus eras nunc autem quod eam cognoscere non videris coram te sic velata facie tanquam a te incognita pertransiit **P**otandum quod beata catharina mirabilis apparet in . v . **P**rimo in sapientia **S**ecundo in eloquentia **T**ercio in constantia **Q**uarto in misericordia castitatis **Q**uinto in privilegio dignitatis **P**rimo admirabilis apparet in sapientia . In ipsa enim sunt omnes species philosophica **P**hilosophia enim siue sapientia diuiditur in theoreticam . practica et logicam **T**heoretica diuiditur secundum quosdam in tres scilicet in intellectualem . naturalem et mathematicam **H**abuit igitur beata catharina sapientiam intellectualem in cognitione diuinorum qua maxime vsa est in disputatione contra rethores quibus unum solum deum verum esse probauit et deus omnes falsos esse conuict **S**ecundo naturalem in cognitione omnium inferiorum qua maxime vsa est in disputatione contra imperatorem sicut patet ibidem **T**ercio mathematicam in contemptu terrenorum . hec enim scientia secundum boetium speculatur formas sine materia in abstractione hanc beata catharina habuit quando animum suum ab omni materiali

amore abstraxit. Hanc enim se habere ostendit cum imperatori interroganti respondit Ego enim sum katherina costis regis filiaque quamuis in purpura nata etc. Hac maxime vna est cum regina qua ad contemptum mundi et despectum sui et desiderium regni animauit Practica autem diuiditur in tres scilicet in ethicam yconomica et publicam siue politicam Prima docet mores informare. Et se virtutibus exornare et pertinet ad homines. Secunda docet familiam bene componere. et pertinet ad patremfamilias. Tercia docet vrbes et populos et rem publicam bene regere et pertinet ad rectores vrbum Hanc etiam triplicem scientiam habuit beata katherina. Primam enim habuit cum se omni morum honestate composuit Secundam vt familiam suam que sibi magna relicta fuit laudabiliter rexit. Terciam cum imperatorem sapienter instruxit. Logica diuiditur in tres partes. scilicet in demonstratiuam probabilis et sophisticam Prima pertinet ad philosophos Secunda ad rethores et dyalcticos Tercia ad sophistas. Hanc etiam triplicem scientiam habuisse videtur cum de ea scribitur per varias conclusiones syllogismorum allegorice. et methanomiche disterte et mystice multa cum cesare disputauit. Secundo fuit admirabilis in eloquentia. Habuit enim eloquentiam facundissimam in predicando sicut patet in suis predicacionibus. distertissimam in rationem reddendo. Sicut patet cum dicebat imperatori. Miraris hoc templum manu artificum fabricatum Suauissimam in attrahendo Sicut patet in phozphorio et in regina quos eloquij sui suauitate ad fidem attraxit Efficacissimam in conuincendo sicut patet in rethoribus quos tam potenter conuincit

Tercio in constantia. fuit enim constantissima in minimis illatis que ipsas contempsit Vnde imperatori sibi mimanti respondit Quecumque tormenta potes cogitare ne differas que carnem et sanguinem meum cristo offerre desidero Item sic quecumque animo concepisti paratam enim me videbis ad omnia sustinenda. Secundo in dormis oblatis que ea respuit. Vnde cum imperator sibi permitteret que eam in palacio secundam haberet respondit. desine talia dicere que scelus sunt etiam cogitare etc. Tercio in supplicijs interrogatis que ea superauit Sicut patet cum fuit posita in carcere et super rotam Quarto in mundicia castitatis Seruauit enim castitatem inter ea in que castitas piclitari solet. Quicquid sunt in quibus castitas piclatur. scilicet affluencia resoluens oportunitas iducens Iuuentus lasciuens libertas effrenans. pulchritudo alliciens Inter hec beata katherina castitatem seruauit Vnde ei maximam affluentiam rex utpote que tam distissimis parentibus successisset Habuit oportunitatem utpote que sui domina tota die inter suos famulos versabatur. habuit iuuentutem etatem iuuentutem Item sui libertatem que sola et libera in palacio remansit. De his quatuor dicit super kathe. cum esset annorum xviii. in palacio diuicijs et pueris pleno sola remansit Habuit etiam pulchritudinem. Vnde dicitur que erat speciosa valde et incredibili pulchritudine omnium oculis admirabiliter videbat. quanto in privilegio dignitatis. quodam ei privilegia specialia sunt in aliquibus sanctis dum decedent vt christi visitacio que fuit in iobe euan. olei emanacio que fuit in be. nicolao. Lactis effusio quod fuit in be. paulo Septem prepaacio quod fuit in be. clemete. peticionum exaudicio quod fuit in bea margareta quando orauit per agentibus sui memoriam Nec autem omnia fuerunt in bea kathe. sicut patet in legenda